



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christ. Francisci Paullini, Ferrariâ-Thuringi, Rerum Et
Antiquitatum Germanicarum Syntagma**

Paullini, Christian Franz

Francofvrti ad Moenvm, 1698

Jodocus Trutvetter R. D. Tiderico Höpffingk, Decano S. Mariæ In Ysenac,
Salutem in Domino perpetuam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44860

JODOCUS TRUTVETTER (p)

R. D.

TIDERICO HÖPFFINGK, DECANO

S. Mariæ IN YSENAC,

Salutem in Domino perpetuam.

R Edde Reverentiæ Vestræ *Johannes Pfister*, Vicarius Ecclesiæ vestræ, *chronicon Episcoporum Nuenburgensium*, quod non solum bis attentè perlegi, sed etiam per adolescentulum meum describi curavi. Placet & mihi, & omnibus, qui apud me viderunt. Paucis enim multa dixit Autor, & cum à nullo, me sciente, hæc glacies adhuc fracta sit, laudem promerebit & gratiam apud Antistitem suum, qui hoc genus scribendi semper fecit magni. Ego quidem aliis studiis insudo, cum tamen *Historia* profit & delectet, amo & colo illam, omnesque eos, qui eam ab interitu servant, optans, ut etiam nostri homines, qui possunt, & in quorum manibus vetustiores membranæ sunt, de reliquis Ecclesiis in nostra patria simile quid tentent. Messis quidem magna, sed ubi sunt operarii? Amicus noster *Johannes* otium & commodam habet occasionem hujusmodi res conscribendi. Bene igitur, quod horas otiosas in talibus occupationibus consumat, ab omni otio mundano totus alienus. Frater Reverentiæ Vestræ apud nos pietati & doctrinæ studet, in omnibus laudandus, quod certò mini credat velim. Sed nunc Vicariam expetit in *Ortruf*. Juvabo eum, quocunque modo poterò. Interea commendo Reverentiam Vestram gratiæ Dei. O. P. M. *Erphortia* die S. Gregorii Anno Incarnationis Dominicæ MCCCCXCVI.

(p) Si scisse velis, quis fuerit Jodocus iste, evolvas velim *Annal. meorum Isenacens.* s. 136.

CUN-